1555 [= 1405] Beneventi prope portam Rectoris.

C O R N E
VS · PRISCV
VOT · SOL

Verusius R. f. 112, B. f. 45 (inde de Vita I, 24; Garrucci Ben. p. 62).

1556 [= 1406] litteris magnis et optimis in lapide longo m. 2.82, alto m. 0.80. Beneventi in aede S. Dominici IVC. Ibidem in limine portae primariae est adhuc. — *Avanti S. Caterina* ACCVRS.; Monte Sarrene STEPH.; in aedibus Altavillani GRVT.

P · VEIDI*V*S · P · *F* · *POLLIO*
CAESAREVM · *IMP* · CAES*ARI* · *AVG V*STO
ET · COLONIAE · B*E*NE*VENTA N*AE

Recognovi titulum hodie ita detritum, ut plura elementa omnino evanuerint. Viderunt item Brunn et Dressel. Pontanus de aspir. l. I f. 11′ ed. pr., p. 19 ed. 1538 (inde Grut. 174, 6) citat duo vocabula extrema. Iucundus Cicognae f. 199 Ben. n. 7 (inde pendent Manutius orth. 610, 7, a quo sumpsit Lipsius ad Taciti ann. 3, 64, et Donius Vat. 7113 f. 8; extrema citat Panvinius Rom. ed. 1558 p. 718); Redianus f. 117′ n. 13; Ambrosianus C. 61 f. 86; Francus Cic. n. 21 et apud Grut. 227, 3 ex Verdero; Accursius 1, 1; Metellus Vat. 6039 f. 363′ a Sim. Vallamberto; Caracciolo misc. 4, 384; Barb. 30, 135 f. 22; Gualterus n. 35; Stephanonius f. 183; Verusius R. f. 19, B. f. 7; Pacichelli *memorie de' viaggi* 4 part. 2 p. 194, *lett. fam.* 1, 76; de Vita p. 8. 264, cl. I n. 29 dedit aere incisam (inde Marini Arv. p. 384); Garrucci diss. arch. 1, 107 tab. 10 n. 4, Ben. p. 69; Orelli 2509.

V. l. adieci Iucundi, Rediani, Franci, Accursii, Metelli, Gualteri, Stephanonii, Verusii. — 1 VEDIVS Franc. (Cic., VEIDIVS Grut.), VEIDI..S Gualt. — 2 CAESAREM Iuc. (item Manut.), CAESARV.. Gualt. — IMP Iuc. Red. Franc. Acc. Met., IΛ// Steph., IM.. Gualt., om. in hiatu Verus. — CAEESARI Acc. — ..GVSTO Gualt. — 3 COLONIAE Iuc. Steph. Verus. et sic vestigia lapidis; COLONIAI Pont. (qui citat propter diphthongum) Red. Franc. Acc. Met. Gualt. — BENEVENTANAE Pont. Steph. Verus. et sic vestigia lapidis, BENEVENTANAI Iuc. Red. Franc. Acc. Met. Gualt.

Borghesius litteris mihi significavit pertinere sibi videri ad equitem Romanum eius nominis propter gulam famosissimum defunctum a. u. c. 739 (cf. Dio 54, 23).

1557 [= 1407] litteris optimis altis v. 1 cent. $25^1/_2$, v. 2 cent. 21. Beneventi, *vicolo del Carmine* n. 65.

S T V S
STI · F · A

Descripsi ego; recognovimus Hirschfeld, ego, Dressel. Garrucci diss. arch. 1, 107 tab. 10 n. 6, Ben. p. 76 rectius quam ego in ed. 1.

Probabiliter Garruccius titulum revocavit ad divum Augustum et Ti. Caesarem divi Augusti f. Augustum.

1558 [= 1408] titulus in arcu Beneventano sive porta aurea q. d. utrimque repetitus.

IMP · CAESARI · DIVI · NERVAE · FILIO
NERVAE · TRAIANO · OPTIMO · AVG
GERMANICO · DACICO · PONTIF · MAX · TRIB
POTEST · XVIII · IMP · VII · COS · VI · P · P p. C. 115
FORTISSIMO . PRINCIPI · SENATVS · P · Q · R

Recognoverunt Brunnius Hirschfeldius Dresselius. Cyriacum descripsisse constat testimonio biographi eius supra p. 137 relato; praeterea in codice Magliabecchiano *conv. soppressi* II. IX. 15 saec. XV p. 256 inter alia Cyriacana sic legitur 'epigramma apud Beneventum Apuliae civitatem super 'Traiani arcu, quod propriis oculis perlegi' ipsa inscriptione omissa spatio vacuo relicto. Habent ex Cyriacanis libris Poggio syll. n. 80; Parmensis f. 105; Chigianus I. VI. 203 f. 11; Marcanova Bern. n. 311; Felicianus Marc. f. 73 (ubi postea adscr. est et in margine adscriptum 'additio'); Ferrarinus Reg. f. 87; Redianus f. 117 Ben. n. 7; codex seminarii Patavini 175 f. 109′; codex Ambrosianus C. 61 f. 86′; Francus Cic. n. 2; Iucundus f. 157; Bononius Ott. f. 47, Trai. f. 135′; Alciatus Feae f. 17; Apianus 103, 3. Exhibetur item delineatus arcus apud S. Gallum cod. Barberin. 822 f. 23′ et apud Serlium *reg. gen. d'architettura* part. 3 p. 111 ed. Venet. 1559 (ed. pr. Venetiis 1537). Item ex lapide Filonardianus liber f. 103′; Metellus Vat. 6039 f. 366′ descriptam a L(aelio) T(aurello) et Vallamberto Haeduo; Smetius ms. Neap. p. 18, ed. 11, 4 ab amicis (inde Waelscapple ms. f. 49); Grut. 247, 5 ex Apiano Smetio Verdero); Accursius II n. 30 (inde Mur. 231, 2 ex schedis Ambros.); Corradus Vat. 5237 f. 282′; Gualterus n, 5; Stephanonius f. 173; Verusius R. f. 18, B. f. 8; Bianchini cod. Ver. 353 f. 15; Ioh. Nicastro Beneventana pinacotheca (1720) p. 5, qui addit nuper arcum iussu marchionis del Carpio Neapolitano prorege a pictore Iacobo del Po pictum esse ut excuderetur et excusum quoque ex parte post eius obitum aereis tabulis; de Vita cl. IV n. 1 (inde Donat. 213, 8); Schulzius qui mihi dedit; Garrucci Ben. p. 76. Habent item Panvinius fast. ad a. 867; Ligorius ms. Taur. 4; Cittadinius Vat. 5253 f. 415; cod. Barberinus 30, 135 f. 21′; Orelli 788. Librum de hoc arcu scripsit Io. Camill. Rossi (*l'arco Traiano di Benevento* voll. III. 4. Neap. 1816); sed est historia Traiani potius quam arcus enarratio.

Versus recte fere diviserunt ex antiquis Parm. et Chig. — 4 XVIII auctores omnes, etiam Smetius (ms.), XVIIII Smetius (ed.) errore.

1559 [= 1412] basis magna. Beneventi prope castellum et S. Ioannis ACC.; in domo Hor. Zanbotti GVALT.; in fronte domus Moscarelliorum in platea VERVS.; in aedibus olim Antonii Cardone DE VITA; in aedibus olim Cardone, nunc de Simone GARR.; in domo comitis Frid. Capasso *via Porta Somma* n. 77 NOS.

MAGNO · ET
INVICTO
GALLIENO · AVGVST ·
COS · VI p. C. 265
DESIGNATO · VII
PAG

Recognovimus Hirschfeld, ego, Dressel. Francus Cic. n. 10; Accursius III n. 14; Metellus Vat. 6039 f. 329′ ex codice Salviati (nisi erratum est in auctore indicando) eodemque exemplo f. 364*b*′ a Sim. Vallamberto; eodem exemplo Panvinius cod. Vat. 6035 f. 35′, fast. ad a. 1018 et Grut. 274, 6 ex Panvinio et schedis Verderi; Gualterus n. 148 ex ore Laelii de Sabarianis; Verusius R. f. 78, B. f. 12, qui non magis vidit quam Gualterus, cum similiter argumentum tantum referat; Nicastro 3 c. 4; Pacca p. 17; de Vita p. 196 et cl. IV n. 4 (inde Donat. 182, 1), qui ait dare se ex archetypo aliquot litteris auctiorem; Garrucci diss. arch. 1, 179, Ben. p. 81; Orelli 1005.

Titulus rescriptus est; vestigia quaedam apparent anterioris scripturae, ut 1 in. I, inter 5 et 6 D, in fine COS. — 3 AVGVST Acc. Dressel 'sic omnino', AVGVSTO Garr. et ego, AVG Panv. (ed.), AVG·XI Francus (Cic.) Met. 329. 364 Panv. (ms.) Grut. (e Verdero omnino, nam Panvinius in editione, e coniectura scilicet, XI omisit) Nic. Pacca Vita. — 6 PAG Acc. Met. Panv. Grut. Nic. Pacca, PAC... Vita (ms.), PACIS·*Restitutori* Vita (ed.) interpolans. — MAGNO·ET·INVICTO | GALLIENO·AVG | COS·DESIGNATO Gualt. — INVICTO GALLIENO (sic, errat Garruccius) Ver. reliquis omissis, quae deinde supplevit ex Grutero.

1560 [= 1410] Beneventi sub ponte fluvii Caloris GVALT. VERVS.

Gualterus:	*Verusius:*	*restituo:*
NEVENIO	NEVENTO	*bo*NEVENTO
TIONISIO . R . . B . . TA . .	TIONIS ORIENTALIS	*profec*TIONIS · ORIENTALIS
AVGVSTORVM	AVGVSTORVM	AVGVSTORVM
. . T · COELES	COI	*per asiam e*T COELES*yriam*

Gualterus n. 25; Verusius R. f. 97 (hic supplementis adiectis), B. f. 13 eodemque exemplo Bottarius in epistula d. 25 Oct. 1738 ad Gorium data (cod. Marucell. A 63). Ex his Garrucci diss. arch. 1, 178, Ben. p. 62. Cum supplementis Paccae p. 8, qui citat schedas Verusii, iisque non distinctis ed. Vita p. 27. 187 cl. IV n. 3 (inde Donat. 347, 8) fraude sua addens titulum 'adhuc extare incolumem'. Orelli 907 cum add. Henzeni, qui titulum recte dubium esse dixit.

4 COI, non COL Ver. — Verusii supplementa haec sunt: *bo*NEVENTO | *profec*TIONIS·ORIENTALIS *et* | *reditus* AVGVSTORVM *l. sept.* | *et aur. ant.* COI (inde Pacca fecit *col. iulia* | *aug. concordia felix beneven*|*tum deuota maiestati augg*). Quae posui ego si non certa, at probabilia titulum referunt ad profectionem Severi in Orientem belli Parthici causa a. 197 comitante filio, quo tempore sine dubio per Beneventum transiit. Verum est filio a. demum sequente Augusti nomen obtigisse, sed statua post aliquot menses demum dedicari potuit, ut mittam saepenumero Augustum et Caesarem coniunctos Augustos nuncupari.

XLII. AEQVVM TVTICVM (p. 122).

ad n. 1444. Refert Mazochius syll. ms. acceptam a Richardo Gagliardi, repertam dicens *alla Molinara* a. 1736, stare ibi sub cruce ante forum. — 5 SEQVNDVS litteris EQ ligatis. — In lateribus sunt patera et urceus.

XLIV. PAGVS VEIANVS (p. 133).

ad n. 1511. Edidit de Agostini apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1877 p. 93. Observat P. Camurium Fortunatum recenseri in tabula alimentaria n. 1455 (2, 59) dominum *fundi Lusiani et casae Popillianicae pago Mefano*; eum pagum ibi fuisse videri, ubi titulus hic inventus est, id est in praedio Sabetti extra Pagum chiliom. I a ripa dextra Tamari in loco dicto *le grotte* sparso vestigiis aetatis Romanae.

XLV. BENEVENTVM (p. 136).

Adici potuit locus Symmachi ep. 1, 3: *urbs* (Beneventum) *cum maxima sit, singuli eius optimates visi mihi sunt urbe maiores, amantes litterarum morumque mirabiles. Deos magna pars veneratur. Privatam pecuniam pro civitatis ornatu certatim fatigant: nam postquam terra movit, nihil paene illis reliqui factum est, sed fractae opes infractos animos reppererunt: pro se quisque operam boni civis affectat.*

ad p. 141. XXV. Professor F. Corazzini in fasciculo primo inscripto *annali del museo d' antichità e della Biblioteca Beneventana* (Beneventi 1876. 8. pp. 38; continuatio non prodiit) edidit titulos adservatos eo tempore in lyceo Beneventano n. 1556. 1573. 1578. 1580. 1636. 1670. 1709. 1716. 1720. 1721. 1730. 1746. 1748. 1791. 1810. 1819. 1821. 1834. 1842. 1852. 1866. 1868. 1875. 1884. 1887. 1896. 1907. 1914. 1917. 1921. 1926. 1943. 1945. 1947. 1949. 1962. 1985. 1991. 1999. 2015. 2017. 2024. 2026. 2033. 2040. 2061. Libellus ad me adlatus, dum Beneventana imprimebantur, in corpore operis adhibitus est, sed remanserunt quaedam repetita inde in his additamentis.

ad n. 1567. Est etiam in cod. Senensi C. III. 27 f. 41′; item ex de Vita apud Donatum 352, 8.

ad n. 1575. Est in codice Senensi C. III. 27 f. 48 ex ipso lapide ut videtur descripta. Versus recte dividuntur. — Legitur 2 V·C] III — 3 AIOVITA — 5 seq. descriptos non habui.

ad n. 1626. Garruccius Ben. p. 116 adscripsit '*da me trascritta*', syll. n. 1621 'ex Verusio p. 41'; quod adnotavi, ut caveant lectores a neglegentia hominis.

ad n. 1681. Repetivit Henzen syll. n. 6414.

ad n. 1703. Refert ex Manutio Ligorius Taur. 18.

ad n. 1720. Corazzini in ed. legit 1 MARCII·I, 4 F pro FR.

ad n. 1735. Ex de Vita repetivit Donatus 352, 7.

ad n. 1802. Sub praescriptione '(Romae) trans Tiberim in aede D. Servatoris' legitur apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 178′.

ad n. 1926. Iam in lyceo. Corazzini in ed. legit 2 PHILSIA·///S.

ad n. 1931. Columna per longitudinem secta et transversim inscripta olim Verusio visa, nuper denuo prodiit, cum aedes extruuntur prope ecclesiam S. Iohannis; iacet ibidem. Dressel descripsit sic:

in parte summa lapidis rotunda litteris
maioribus, sed levius incisis et aetatis
quae videntur posterioris

PIETAS MAR
T E N S V M *sic*

D HISPANIAE · POMPONIÆ M
Q · V · AN · XXVII · M · X · D · XV
CONIVGI · INCONPARABILI PON
TIVS PRISCVS MARITVS B M F

Inscriptionem superiorem Verusius non refert. Apparet inde collegium Martensium suorum funerandorum curam egisse; nam etsi posterioris temporis est, hic quoque titulus sine dubio ipse ad sepulcrum pertinuit.

ad n. 1940. Nicastro apud Verusium praescribit haec 'in villa nobilium de Rendina in nurue (?) S. Felicis in magno lapide occidentem versus.'

ad n. 1983. Refert Alciatus cod. Feae f. 77 loco non adscripto.

ad n. 1987. Gruterus refert 833, 1. Accedunt Donius cod. Barb. p. 120 ex libro ant. ms.; Malvasia p. 251 ex schedis Vaticanis; Fabrett. 256, 77 ex Barberinis.

ad n. 2045. Refert item Ferrarinus cod. Paris. f. 37 sub praescriptione 'Bononiae habita a uno Hispano', legens: INFELIX FATVM PRIOR DEBVIT MATER MORI.